

Codice scheda: ASC A4490591 (Microscheda: 3875D1/2)
Luogo e data: TORINO - 11/01/1902
Autore: RUA MICHELE
Destinatario: CANE FELICE
Classificazione: Rua: Corrispondenza con Salesiani
Tipo documento e supporto: Corrispondenza in genere - Manoscritto
Autenticità: Firma autografa

Contenuto: Facoltà canoniche per le confessioni concesse dalla S. Penitenzieria e rinnovate per un biennio dal Rett. Magg. D. Rua M. in data 12/01/1902 [All.: Lettera di D. Rua in cui rinnova a D. Cane F. per un biennio le facoltà della S. Penitenzieria in data 29/08/1906 - Richiesta di rinnovo di dette facoltà, inviata da D. Felice Cane a D. Rua M. in data 27/08/1908, con postilla aut. di D. Rua M. che l'approva in data 29/08/1908].

Valsalice 29-VIII-1906

Come a Cane

*Volontieri ti rinnovo ad biennio
le facoltà della S. Penitenzieria.
Et Signore ti benedica e con-
servi sempre nella sua santa grazia*

Archivio CENTRALE
A4490591
Cus aff. no in g. e l. m.
Sac. Michele Rua
Rett. M. Dei Sales.
387501

COMMUNICATIO FACULTATUM
QUAE
IN FOLIO S. POENITENTIARIAE
CONTINENTUR



SACERDOS MICHAËL RUA
SALESIANAE CONGREGATIONIS
RECTOR MAJOR

Dilecto Nobis in Christo Filio Sacerdoti
Felici Julio Cane

Salutem in Domino.

Per delegationem a S. Romana Poenitentiarum, sub die 27 Martii 1897, Nobis benigne concessam Tibi Nostrae Congregationis Sacerdoti professo atque ab Ordinario loci ad excipiendas utriusque sexus Fidelium sacramentales Confessiones legitime approbato, non obstante Const. Apostolicae Sedis, infrascriptas ad biennium

5

suris et poenis ecclesiasticis ob haereses tam nemine audiente vel advertente quam coram aliis externatas, ob infidelitatem et catholicae fidei abjurationem private admissas, sortilegia ac maleficia haereticalia etiam cum sociis patrata, necnon ob daemonis invocationem cum pacto donandi animam, idololatriam ac superstitiones haereticales exercitas, ac demum ob quaecumque insinuata falsa dogmata incursis, postquam tamen poenitens complices, si quos in praemissis habeat, Ordinario loci vel sacrae Inquisitioni prout de jure denunciaverit, et quatenus ob justas causas nequeat ante absolutionem denunciare, facta a poenitente seria promissione denunciationem peragendi cum primum et meliori modo quo judicio tuo fieri poterit; et postquam in singulis casibus haereses coram te secrete abjuraverit et pactum cum maledicto daemone initum expresse revocaverit, traditis tibi ad comburendum syngrapha forsitan exarata aliisque mediis superstitiosis; injuncta pro modo excessuum gravi poenitentia salutari cum frequentia Sacramentorum et obligatione se

Communicatio facultatum

a*

4

a data praesentium computandum, Facultates communicamus, quibus in actu sacramentalis Confessionis, et pro foro conscientiae dumtaxat, Apostolica Auctoritate uti valeas, et ita ne debeant eadem Facultates cuilibet manifestari, nisi necessitas aut utilitas id exegerit; videlicet:

I. — Absolvendi ab excommunicatione Romano Pontifici simpliciter reservata ob manus violentas injectas sive in Clericos sive in Regulares, in casibus tamen non deductis nec de facili ad forum Ordinarii deducendis, dummodo non sit ~~sententia~~ ~~vel~~ mutilatio seu lethale vulnus aut ossium fractio, et injuncta congrua poenitentia salutari cum obligatione caute et competenter satisfaciendi parti laesae.

II. — Absolvendi a censuris contra duellantes statutis, dummodo casus ad forum Ordinarii non fuerint deducti, injuncta gravi poenitentia salutari et aliis injunctis quae fuerint de jure injungenda.

III. — Absolvendi quoscumque poenitentes (exceptis haereticis publicis sive publice dogmatizantibus) a quibusvis cen-

6

prudenti judicio tuo retractandi apud personas coram quibus haereses manifestavit et reparandi illata scandala.

IV. — Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis incursis ob violationem clausurae Regularium utriusque sexus, dummodo non fuerit commissa cum intentione ad malum finem etiam effectu non secuto, nec casus fuerint ad forum Ordinarii deducti, injuncta congrua poenitentia salutari. Et insuper absolvendi mulieres tantum a censuris et poenis ecclesiasticis ob violationem ad malum finem clausurae virorum religiosorum incursis, dummodo tamen casus occulti remaneant, injuncta gravi poenitentia salutari cum prohibitione accedendi ad Ecclesiam aut Conventum seu Coenobium dictorum Religiosorum durante occasione peccandi.

V. — Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis ob retentionem et lectionem librorum prohibitorum incursis, injuncta congrua poenitentia salutari, nec non firma obligatione tradendi Ordinario loci aut cui de jure sive per se sive per alium absque ulla mora et quantum fieri potest

ante absolutionem libros prohibitos, si quos poenitens in sua potestate retineat.

VI. — Absolvendi a casu Sedi Apostolicae reservato ob accepta munera a Regularibus utriusque sexus, injuncta poenitentia salutari, et quando agitur de numeribus quae valorem decem scutorum non excedunt imposita aliqua elemosyna iudicio tuo taxanda et caute eroganda cum primum poterit in beneficium Religionis aut Conventus cui facienda esset restitutio, dummodo tamen non constet quod illa fuerint de bonis propriis Religionis; quatenus vero accepta munera vel fuerint ultra valorem scutorum decem vel constet fuisse de bonis propriis Religionis, facta prius restitutione; quam si de praesenti poenitens adimplere nequeat, emissa seria promissione restituendi infra terminum tuo arbitrio praefiniendum: alias sub reincidentia.

VII. — Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui sectis vetitis masonicis aut carbonariis aut aliis ejusdem generis sectis nomen dederunt aut qualemcumque favorem praestiterunt, ita

tamen ut a respectiva secta omnino se separent eamque abjurent, libros, manuscripta ac signa sectam respicientia, si quae retineant, in tuas manus tradant ad Ordinarium quamprimum caute transmittenda, aut saltem, si justae gravesque causae id postulent, comburenda; injuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentia sacramentalis Confessionis, aliisque injunctis de jure injungendis: nec non absolvendi eos qui ejusmodi sectarum duces et coriphaeos occultos denunciare culpabiliter neglexerint, injuncta pariter salutari poenitentia et firma obligatione sub reincidentia eodem Ordinario loci vel aliis ad quos spectat prout de jure denunciandi.

VIII. — Absolvendi Religiosos cujuscumque Ordinis, dummodo apud te legitimam habuerint licentiam peragendi Confessionem sacramentalem, nec non Moniales, dummodo tamen pro ipsis fueris ab Ordinario approbatus vel deputatus, non solum a praemissis sed etiam a casibus et censuris in sua Religione reservatis.

IX. — Commutandi, consideratis cau-

sis, omnia vota simplicia et privatim emissa in alia poenitentiae seu pietatis opera; exceptis quinque votis Sedi Apostolicae reservatis, scilicet castitatis, religionis ac trium peregrinationum, nempe ad sacra SS. Apostolorum limina, ad S. Jacobum in Compostellis et ad Jerusalem (1), nec non in votis poenalibus ad sese arcendum a peccatis, et insuper voto non ludendi, ac votis in quibus agitur de praesudicio vel de jure tertii.

X. — Dispensandi ad petendum debitum conjugale cum transgressore voti castitatis privatim emissi qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, monendo hujusmodi poenitentem ad id servandum teneri tam extra licitum usum matrimonii quam si marito seu uxori respective supervixerit.

XI. — Dispensandi cum incestuoso seu incestuosa ad petendum debitum conjugale, cujus jus amisit ex superveniente occulta affinitate per copulam carnalem habitam cum consanguinea vel consanguinea sive in primo sive in primo et

(1) Nobis vero ex aliis privilegiis etiam votum peregrinationis ad Jerusalem competit facultas in aliud pium opus commutandi.

secundo sive in secundo gradu suae uxoris seu respective mariti, remota occasione peccandi; et injuncta gravi poenitentia salutari et Confessione sacramentali semel quolibet mense per tempus arbitrio tuo statuendum.

XII. — Dispensandi super occultis impedimentis primi, necnon primi et secundi, ac secundi tantum gradus affinitatis provenientis ex illicita copula, quando agatur de matrimonio cum dicto impedimento jam contracto; ita tamen ut si hujusmodi affinitas proveniat ex copula cum matre desponsatae, nativitas desponsatae copulam ipsam antecedit: monito poenitente de necessaria secreta renovatione consensus cum sua putata uxore vel suo putato marito, certiorato seu certiorata de nullitate prioris consensus, sed ita caute ut ipsius delictum nusquam detegatur; et quatenus haec certioratio absque gravi periculo fieri nequeat, renovato consensu juxta regulas a probatis auctoribus traditas: remota occasione peccandi atque injuncta poenitentia salutari et Confessione sacramentali semel in mense per tempus arbitrio tuo statuendum.

XIII. — Dispensandi super impedimento occulto criminis, dummodo sit absque ulla machinatione et agatur de matrimonio jam contracto; monitis putatis conjugibus de necessaria secreta renovatione consensus ac injuncta gravi poenitentia salutari et Confessione sacramentali semel quolibet mense per tempus arbitrio tuo statuendum.

XIV. — Dispensandi super occulta irregularitate contracta ex violatione censurarum dumtaxat cum Sacerdotibus vel in sacris Ordinibus constitutis tam saecularibus quam regularibus, dummodo tamen ipsi Regulares habeant ut supra legitimam licentiam peragendi apud te Confessionem sacramentalem.

Volumus autem ut supradictis Facultatibus uti valeas tantummodo per tempus supra praefinitum, et abstineas absolere a Casibus reservatis locorum Ordinariis, nisi facultatem ab eisdem obtinueris.

Mens vero nostra (sive Sacrae Poenitentiae) est 1°. ut si forte ex oblivione vel inadvertentia ultra praedictum terminum his Facultatibus tibi uti contingat, absolutiones seu

dispensationes exinde impertitae ratae sint et validae; 2°. ut injunctio Confessionis sacramentalis, de qua sub nn. XI, XII et XIII, non sit irritativa, sed tantum praeeptiva; 3°. ut his Facultatibus non solum singillatim, sed etiam cumulatim in uno eodemque casu uti possis.

Datum Taurini ex Aedibus nostris primariis a
S. Francisco Salesio nuncupatis die *Indivisi*
mensis *Januarii* anno *1902*



Sac. Michael Nov

Rector Major

(Gratis)

ARCHIVIO SALESIANO
CENTRALE

A4490591

Arch. Cap. Sup.

N.

51 S. 9131 Riva CANE F.
SEMINARIO

V. G. M. G.

DELLE MISSIONI ESTERE

Valsalice, 39

TORINO

27 Agosto 1908

Rev. mo ed Amatifmo Sig. D. Nov,

Il 29 con. mi' scade il biennio per la
facoltà contenuta nella Pagella della S.
Penitenzia e che Ella ebbe la bontà
di parteciparmi e poi rinnovarmi per
vecchie volte a vantaggio delle anime.

La prego, Amatifmo Padre, a
volermi rinnovare ancora per un bi-
ennio tal' facoltà.

Mei benedice e creta con affettuoso
ossequio

Rev. mo in fl.

D. Julia G. Conz

vista si approva

coniro 29 - VIII - 1908

D. Nov

ARCHIVIO SALESIANO
CENTRALE

A4490591

7875 02